

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sammlung von Briefen aus dem 16. bis 18. Jahrhundert -  
K 625**

**Achenbach, Casimir**

**[16. Jahrh. - 18. Jahrh.]**

Philippus Bearcroft an Joh. Frid. Mieg in Heidelberg, d.d. Londini XVII Kal.  
Novembris MDCCXLI

[urn:nbn:de:bsz:31-82109](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-82109)

Reverendo in Christo Fratri D. Johanni Frederico Miegiō  
S. S. Theologie Doctori, Principisq; Electoris Palatini  
Consiliario Ecclesiastico Reformato Societas de pro-  
mouendo Eoangelio in Partibus transmarinis  
Salutem in Christo sempiternam.

Littere tuae Heidelbergee datae Nonis Martii anno Domini  
MDCCXL, quibus Venerandi Patris tui, et Dignissimi Consocii  
nostri Ludovici Christiani Miegi, S. S. Theologie Doctoris, et  
Professoris Primarii, nec non Consiliarii Ecclesiastici Archi-Pa-  
latini mortem notam fuisse; nos maxime plurimum af-  
fecerunt. Veruntamen auscultantes voci illi coelitus demissa,

Μακάριοι οἱ Νεκροί, οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, ἵνα ἀνα-  
παύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν; τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκο-  
υσθεῖ μετ' αὐτῶν; Illius Euthanasias in Programme  
Rectoris, et Senatus Electoralis Heidelbergensis specialius re-  
presentatae contemplatione solamur: et Te Patris tui vobis in  
aeternis vice pio affectu amplectimur; unanimiq; suffragio in  
Album Societatis nostrae ex voto tuo libenter inscribimus; Unum  
adco Palate, et Doctrina celebrem in nostro ordine inveniri  
Et Honori et Emolumento nostro fore Judicantes.

Idcirco Te rogamus, ut Consiliis tuis in omnibus, quae ad  
verae et infucae Religionis Commodum et Incrementum  
spectant nos adjuvare digneris.

Datum Londini XVII Kal Novembris anno Domini MDCCXLI.

Signatum ex mandato Societatis per Philippum Beacroft S. T. D.  
Venerabili Societati ab Epistolis,  
nec non Regiae Majestati  
à Saenis.

88



Reverendo Domino, Domino  
Johanni Friderico Mege  
Zurridelberg  
Post in Germania



